Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ideis unum opus fecit: et omnes miramini.
Propterea moyses dedit uobis circumcisionem
non quia ex moyse est sed ex patribus: et in sab
bato circumcidistis hominem. Si circumcisi
onem accipit homo in sabbato ut non soluatur
lex moysi: mihi indignamini quia totum ho
minem sanum feci in sabbato. Nolite iudica
re secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate.
Dicebant autem quidam ex ierosolimis. Nonne hic
est quem querunt interficere. Ecce nunc pala
loquitur: et nichil ei dicunt. Numquid uere
cognouerunt principes quia hic est xpus. Sed
hunc scimus unde sit: xpus autem cum uenerit
nemo scit unde sit. Clamabat igitur docens in tem
plo ihs et dicens. Et me scitis et unde sum scitis:
et a me ipso non ueni sed est uerus qui misit
me quem uos nescitis. Ego scio eum: et si die
ro quia nescio eum ero similis uobis mendax.
Sed scio eum quia ab ipso sum: et ipse me mi
sit. Querebant igitur eum apprehendere: et nemo
misit in illum manus quia nondum uenit
hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum.
Et dicit dns ds. Sciet ffs. iii. ezechiel pphe
cabo nomen magnum: ut sciant gentes
quia ego dns cum sanctificatus fuero in uobis co
ram eis. Tollam quippe uos de gentibus et cog